



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 Vtrum religio quæ ordinatur ad uitam contemplatiuam, sit potior ea,
quæ ordinantur ad uitam actiuam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

proprrium cōtemplatiuā uitae, ad quam studium li-
terarum dupliciter adiuuat. Vno modo, directe co-
adiuando ad contemplan-dum, illuminando scilicet
intellectum. Vita enim cōtemplatiua, de qua
nunc loquimur, principaliter ordinatur ad cōfide-
rationem diuinorum, ut supra habitū est, in qua
dirigitur homo per studium ad considerādum di-
uina. Vnde in laudem uiri iusti dicitur in Psal. 1. q̄
in lege Domini meditabitur die ac nocte. Et Eccle.
39. dicitur. Sapientiam antiquorū exquirer sapiens,
& in prophetis uacabit. Alio modo, studium lite-
rarum iuuat ad contemplatiuam uitam indirec-tē,
remouendo contem- plationis pericula. errores q̄
in contemplatione diuinorum frequenter accidūt
his, q̄ scripturas ignorant. Sicut in collationibus pa-
trum legitur, * quōd Abbas Serapio propter sim-
plicitatem incidit in errorem Anthropomorphi-
tarum, id est, eorum qui Deum habere humanam
formam arbitrantur. Vnde dicit Greg. in 6. moral.
† quōd nonnulli, dum plus exquirunt contēplan-
do quā capiunt, usque ad peruerſa dogmata erū-
punt. Et dum ueritatis esse discipuli humiliter ne-
gligunt, magistri errorum fiunt. Et propter hoc di-
citur Eccl. 2. Cogitauī in corde meo abstrahere a ui-
no carnem meam, ut animum meum transferrem
ad sapientiam, deuitaremque stultitiam. Secūdo,
necessarium est studium literarum religiosiſ inſti-
tutis ad prae-dicandum, & alia huiusmodi exercen-
dum. Vnde Apostolus dicit ad Titū 1. de episcopo,
ad cuius officium huiusmodi actus pertinent. Am-
plectentem eum, qui secundum doctrinam est, fi-
delem sermonem, ut potens sit exhortari in doctri-
na sana, & eos qui contradicūt arguere. Nec obſtat,
q̄ apostoli abique studio literarum ad prae-dicandū
sunt misū quia ut Hieronymus dicit in epistola ad
Paulin. * Qui quid alijs exercitatio, & quotidiana
in lege Dei mediatio trōbere solet, hoc illis Spiritus
sanctus suggererat. Tertio, studium literarū reli-
gioni congrui quantum ad id, quod est omni reli-
gioni commune: ualet enim ad uitandam carnis la-
sciuam. Vnde & Hieronymus dicit ad Rusticum
monachum, † Ama scripturarū studia, & carnis ui-
tia non amabis. Auertit enim animum a cogitatio-
ne lasciuiae, & carnem macerat propter studij labo-
rem, secundum illud Eccl. 31. Vigilia honestatis ta-
befaciet carnes. Valet et ad auferendam cupiditatē
diuitiarum. Vnde Sapiē. 7. dicitur. Diuitias nihil esse
dixi in comparatione illius. Et 1. Machab. 12. dicitur.
Nos autem nullo horum indiguimus. Exterio-
rum subsidiorum, habentes solatio san-ctos libros,
qui in manibus nostris sunt. Valet etiam ad obedi-
entiae documentum. Vnde Aug. dicit in libro de ope-
ribus monachorum. † Quae est ista peruersitas, le-
stioni nolle obtemperare, dum uult ei uacare? Et
ideo manifestum est, quōd congrue potest inſtitti
religio ad studium literarum.

D. 1185.
Q. 2. art. 4.

In collatio-
ne. c. 4.
Li. 6. c. 36. pa-
rum a prin.

Inter princ.
& med. inci-
pit haec epi.
Fratr Am-
brōsius tua
mihī lo. 1.
De uiuendi
forma circa
med. to. 4.

Ca. 17. circa
fi. to. 3.

Gl. ord. ibid.

AD PRIMVM ergo dicendū, quōd glossa ibi ex-
ponit illud de litera ueteris legis, * de qua Apoſto-
lus dicit 2. ad Cor. 3. Litera occidit. Vnde non co-
gnoscere literaturam, est non approbare literalē cir-
cuncisionem, & ceteras carnales obseruantias.
AD II. dicendum, q̄ studium ad scientiam ordi-
natur, quae sine charitate inflat, & per consequens
dissensiones facit, secundum illud Prover. 13. Inter
superbos semper sunt iurgia, sed cum charitate edi-
ficat, & concordiam parit. Vnde 1. ad Corin. 1. Apo-
stolus cum dixisset, Diuites facti estis in omni uer-
bo, & in omni sciētia. postmodum subdit. Id ipsum
dicatis omnes, & non sint in uobis schismata. Hiero-
nimus tamen non loquitur de doctrina
rum, sed de studijs dissensionum,
cos & schismaticos intrauit in con-
stianam.
AD III. dicendum, quōd philoſo-
phatur studia literarum quantum ad
nas. Sed religiosus competit principio
re studio literarum pertinentium ad
secundum pietatem est, ut dicitur ad
autem doctrinis intendere non per-
fos, quorum tota uita diuinis obſer-
nisi in quantum ordinatur ad sacra-
Vnde Aug. dicit in fine music. 4. Non
gentes esse non aestimamus, quos
num & scientiae fallaci pollicitatione
dius uiderimus consideratione
Quod tamen facere non auderem.
pios Ecclesiae filios eadem reſel-
rum necessitate fecisse uideremus.

F
G
H
I
K

ARTICVLVS. VI.

Utrum religio, quae uacat uita contem-
platiua, sit potior ea quae uacat
operibus uita actiua.

AD SEXTVM sic proceditur. Vi-
detur, quōd religio quae ua-
cat uita contemplatiua, non sit
potior ea quae uacat operibus ui-
tae actiua. Dicitur. n. extra de re-
gularibus, et sententibus ad pre-
ligionem, cap. Licet. Sicut maius
bonum minori bono praeponi-
tur, ita communis utilitas specia-
li utilitati praefertur. Et in hoc ca-
su recte preponitur doctrina ille-
tio, sollicitudo cōtemplationis, &
labor q̄ti: sed religio est melior
quae ad maius bonum ordinat:
ergo uidetur quōd religioes, q̄
ordinantur ad uitam actiua, sint
potiores illis, quae ordinantur ad
uitam contemplatiuam.
¶ 2. Praet. Ois religio ordinat ad
pfectionē charitatis, ut supra ha-
bitum est. Vnde super illud ad
Hebraeos 12. Nondum usque ad
sanguinem resistitis, dicit elect.
† Perfectior in hac uita dilectio
nulla est ea, ad quā sancti marty-
res peruenerunt, q̄ contra pecca-
tum usq; ad sanguinē certant.
Certare aut usq; ad sanguinē cō-
petit religionib. quae ad minima
ordinantur, quae in pertinent ad
uitā actiua, ergo vsq; quōd huius-
modi religiones sint potiorum.
¶ 3. Praet. Tardius uidetur esse aliqua
religio perfectior, quanto est ar-
ctior: sed nihil prohibet aliquas
religiones ad uitā actiua ordina-
tas esse arctiores obseruantie, q̄
sint ille q̄ ordinant ad uitam cō-
templatiuam. ergo sunt potiores.
SED CONTRA est, quod Domi-
nus Luc. 10. dicit, optimam par-
tem esse Marie, per quā uita con-
templatiua significatur.

In religionibus, q non solum contemplatur, sed contemplata docent.

In responsione ad secundum respice, quod hinc habes solutionem vulgaris questionis. An scilicet eius res recto corde & opere ad bellum contra infideles, sint martyres, in bello occiduntur. Habet siquidem hoc in loco ab auctore partem negatiuam. Et ratio in litera redditur, quia martyres proprie sunt qui ad proprium sanguinem fundendum uigile ad prauiationem uitae tendunt: di recte, ut testes Christi sint. Ibi autem tam religio, quam seculares de rebus tenent dant ad alienum sanguinem fundendum, uel fugandum. Unde non sunt absolute loquendo, si occiduntur, martyres. Veru quia alia est questio de martyrio, & alia de merito martyrii, non auctor excusio martyrio a religiois ministerio, de merito martyrii tractat, & docet quod sicut in casu necessitatis melius est infirmorum curam dare operam quam contemplationem, quamuis absolute optima sit Mariae pars, & maioris meriti in necessitatis articulo est curam infirmis habere, quam contemplari, uel praedicare: ita in articulo necessitatis, puta, si Ecclesia periclitaretur, non solum quod ad personarum oppressionem, sed quo ad fidem licentiam, maioris meriti esset pro Ecclesia defensione uigile ad morem bellando se exposcere, quam contemplari, uel praedicare. Et tunc merito martyrii non carerent, qui in tali bello sic occiderentur. Praefertur enim in huiusmodi casibus milites isti omnibus religiosis, uelque martyribus aequales in merito.

In responsione ad tertium eiusdem articuli sexti, in exemplo de medijs ad continentiam seruandam attende, quod non exemplum tantum, sed ueritas doctrinam continet. Nam pau-

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, differetia unius religionis ad aliam principaliter quidem attenditur ex parte finis, secundario autem ex parte exercitij. Et quia non potest dici altero potius, nisi secundum id in quo ab eo differt, ideo excellentia unius religionis super aliam principaliter quidem attenditur secundum religionis finem, secundario autem secundum exercitium. Di uerfimode tamen utraque comparatio attenditur. Nam comparatio quae est secundum finem, est absoluta, eo quod finis proprie quaeitur. Comparatio autem quae est secundum exercitium, est respectiua, quia exercitium non quiritur proprie, sed propter finem: & ideo illa religio alteri praefertur, quae ordinatur ad finem absolute potius uel quia est maius bonum, uel quia ad plura bona ordinatur. Si uero sit finis idem, secundario attenditur praeminetia religionis non secundum quantitatem exercitij, sed secundum proportionem eius ad finem intentum. Vnde & in collationibus patrum inducitur sententia beati Antonij, qui praetulit discretionem, per quam aliquis oia moderatur, & ieiunij, & uigilij, & omnibus huiusmodi obieratibus. Sic ergo dicendum est, quod opus uitae actiue est duplex. Vnum quidem quod ex plenitudine contemplationis deriuatur, sicut doctrina & praedicatione. Vnde & Gregorius dicit in 5. hom. super Ezechiel, quod de pietatis uirtus post contemplationem suam redeuntibus dicitur, 14. Memoria lauauit uirtutes eructabit: & hoc praefertur simplici contemplationi. Sicut, n. maius est illi luminare quod lucere solum, ita maius est contemplata alijs tradere quam solum contemplari. Aliud autem opus est actiua uita, quod totaliter consistit in occupatione exteriori, sicut elemosinas dare, hospites recipere, & alia huiusmodi sunt minoris operibus contemplatiuis, nisi forte in casu necessitatis, ut ex supra dictis patet. Sic ergo summum gradum in religionibus tenent, quae ordinantur ad docendum & praedicandum, quae & propinquissima sunt perfectioni episcoporum: sicut & in alijs rebus fines primorum coniunguntur principijs secundorum, ut Dionysius dicit 7. de diu. nom. Secundum autem gradum tenent illae, quae ordinantur ad contemplationem. Tertius est earum, quae occupant circa exteriores actiones. In singulis autem horum graduum potest attendi praeminetia secundum quod una religio

ordinatur ad altiore actum in eodem genere, sicut inter opera actiua uita potius est redimere captiuos, quam recipere hospites: & in operibus uitae contemplatiuae potior est oratio, quam lectio. Potest etiam attendi praeminetia, si una earum ad plura horum ordine quam alia, uel si conuenientiora statuta habeat finem propositum consequendum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Decretalis illa loquitur de uita actiua, prout ordinatur ad salutem animarum.

AD SECUNDUM dicendum, quod religiones quae instituantur proprie littera, directius ordinantur ad hoc quod effundant sanguinem hostium, quam ad hoc quod eorum sanguis effundatur, quod proprie martyribus competit. Nihil tamen prohibet huiusmodi religiofos in aliquo casu meritum martyrii consequi, & secundum hoc praefertur alijs religiosis: sicut & opera actiua interdum in aliquo casu praefertur contemplationi.

AD TERTIUM dicendum, quod altitudo obseruantiarum non est illud quod percipitur in religione commendatur, ut beatus Antonius dicit. Et illa 58. dicitur. Numquid tale est ieiunium quod elegi, perdidit affligere hominem animam suam? Assumitur tamen in religione ut necessaria ad carnis macerationem, quae si sine discretionem fit, periculum deficiendi habet annexum, sicut beatus Antonius dicit: & ideo non est potior religio ex hoc, quae habet arctiores obseruantias, sed ex hoc quod ex maiori discretionem sunt eius obseruatiae ordinate ad finem religionis: sicut ad continentiam efficacius ordinatur maceratio carnis per abstinentiam cibi & potus, quam pertinent ad famem & sitim, quam per subtractionem uestimenti, quae pertinent ad frigus, & ad nuditatem, & quam per corporalem laborem.

ARTICVLVS VII.

Utrum habeat aliquid in communi diminuat perfectionem religionis.

AD SEPTIMUM sic proceditur. AVT, quod habere aliquid in communi diminuat perfectionem religionis. Dicitur enim Dominus Matthaei 19. Si uis perfectus esse, uade, & uende oia quae habes, & da pauperibus. Ex quo patet quod carere mundanis diuitijs pertinet ad perfectionem christianae uita: sed illi qui habent aliquid in communi, non carent diuitijs mun-

peres nudos uacare generationi uidemur: similiter laborantes continue laboribus maximis, uacare etiam generationi perspicimus, famelicos autem & sitibundos nequaquam, iuxta illud, Sine Cerere & Baccho friget Venus. Melius ergo mendicium ad continentiam seruandam est abstinere a cibo & potu, quam carere caligis, aut calceis, & quam laborare, & huiusmodi.

Super Questionem centesimam octuagesimam octauam articulum septimum.

Narticulus septimo, eiusdem quaestiuerte in titulo ly perfectione religionis. Est enim triplex perfectio, scilicet hominis absolute, quae sine omni statu perfectionis habetur a uiris perfectis non religiosis, nec praetatis. Est & perfectio status religiosi, de qua est sermo. Est & perfectio status episcopalis, de qua sermo habetur. Nunc igitur de perfectione media quae perfectio religionis appellatur, est quaestio, an minor sit habere aliquid in communi. Est quia huiusmodi perfectio est perfectio hominis secundum rationem suam, & ordinatur ad perfectionem hominis absolute, quae in charitate consistit: ideo in littera ex mentis humanae dispositione, uel impeditione ad spiritum sanctum & speciales fines religionum declaratur in eodem.

In eodem articulo 7. eiusdem quaestiuerte 188. dubium occurrit circa conclusionem de modo paupertatis religionum ordinatarum ad contemplandum, & contemplata praedicandum. Dicitur enim in littera, quod modus paupertatis talium est, si modica quae sunt necessaria ad uictum, congruo tempore procurata conseruantur.

Habet enim conclusio haec difficultatem propter duo. Primo, quia iste modus uiuendi habet plus sollicitudinis, quam uiuere

Opusc. 17. c. 11. & apud 10. c. 6.